

**E**go quasi agnus mansuetus qui portatus ad victimam Iher. xi. Nota crucifixus comparatur se agno qui immolabatur in veteri testamento pro peccato populi. quia ipse est verus agnus qui immolatus est pro peccato totius mundi. Vñ cum iohannes baptista vidisset eum quadam die ambulatorem ait ad discipulos suos. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi Joh. p. Cum enim homo causa peccatis primi hominis in veteri testamento a patribus domino non placeret. Nec iam dei patris placere possent miseris nostri filii? dei ait patri sicut dicitur Heb. x. Volocauit stomata pro peccatis non placuerunt tunc dixi ecce venio. gl. ad me ipsum offerendum pro peccatis hominum. In de est quod peccatorem siue missionem huius agni ysaias petebat cum magno desiderio dices. Ysaie. xvi. Emitte agnum domine domini natorem terre de petra. nullo enim peccato reddi poteram? nisi illius sanguine. vn. p. Dei. p. Non corruptilibus auro et argento recepti estis sed peccato sanguine agni incontaminati et immaculati ihesu christi. Nota quod agnus ille qui immolabatur in veteri testamento debebat esse sine macula. Sic agnus iste christus fuit sine omni macula peccati. p. De. ii. Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Et hoc non solum pretestabantur amici sui sed etiam inimici in terra

passionis sue. Matth. xxvii. Non inuenio causam in homine isto et neque herodes Lu. xxiii. et iudas peccati tradens sanguinem iustum Matth. xxvii. Ecce sic patet quod agnus iste fuit sine macula. Inde agnus immolatus se lebat pelle denudari. Sic agnus iste denudatus fuit in flagellatione quam egerunt eum vestibus suis et nudum ad columnam ligabant et virgis et flagellis intus percellerunt quod a planta pedis usque ad verticem capitis non erat in eo sanitas.

**S**ciendum autem quod christus nudatus fuit dupliciter. tamquam homo qui incidit in latrones et sicut se nudat scurriones. De primo dicitur Gen. xxxvii. Quod filii iacob oderunt fratrem suum ioseph. nec poterant ei quicquam pacifice loqui. et inierunt consilium quomodo eum occiderent. Quodam tempore dum misisset eum pater ad fratres suos in campum apprehenderunt eum et spoliauerunt eum tunica sua et vendiderunt eum gentilibus pro xxx. denariis et tunicam eius sanguine asperserunt et miserunt patrem ac si fera eum occidisset. Ioseph idem est quod saluator et significat christum saluatorem nostrum. hunc oderunt fratres. id est iudei de quorum genere natus fuit. quem misit pater celestis ad fratres. id est ad iudeos ut eos visitaret. Ipsi autem apprehenderunt eum et spoliauerunt eum tunicam suam. id est vitam suam vel corpore-